





# EPITOME OPVS

SCVL I DE CVRANDIS PVSCVLIS

ulceribus, & doloribus morbi Gallici, malí  
franzos appellati, autore Laurentio  
Phrisio, artium & medicinæ  
doctore.



BASILEAE EXCVDEBAT HEN<sup>R</sup>  
RICVS PETRVS.

8717 ✓

50.27

*Carmen Henrici Bebelij, Iustitiae urbis poëta laureati.*

Nil hominum miserans torquebo crímina mundi,  
Pestiferum morbum uulgo qui Francica fertur,  
In terris mitram, quæ deformare uenustra  
Corpora confueuit, uel nigra ad tartara mittet  
Vlccera cum uarijs morbis incognita mittam  
Nulla ætas tuta est, siue innuptæ q̄b pueræ,  
Si uir aut iuuenis fuerint aut pigræ senectus,  
Nec infans paruulus, nec præbens ubera mater.

# PRAEFATIO E-

PITOMES OPVSCVL I DE CURAN

dis pusculis, ulceribus, & doloribus

malí Frantzoss, Laurentio

Phrisio authore.

Lectori salus plurimā.



Cripturo mihi regimencuratuum a'ro  
cissimi morbi, qui Francigenus, Gallicus  
ue nomen sortitus est, gratiam & miseri  
cordiam præstet summuspater, qui de  
frugalitatis suæ solio produxit Medicina  
lem scientiam nobilissimam, ob humani generis salu  
tem, quam à mundi exordio præ cæteris sanctis coluit,  
& plantauit. Nam multis ante sæculis misit Raphaëlē  
suum ab excelsō throno, qui docuit Noë mundum ab  
immundo segregare, qui & deniq; deo autore, Moysen  
mille quingentis annis ante philosophos instituit ciæ  
tam & cibum hominibus ordinare: tam ad corporis sa  
nitatem, quam uiuendi normā. Singula enim ea quæ  
lege sua prohibet ne comedant: si comesta fuerint plu  
rimum nocent mortalibus, & dolorem infligunt. Quod  
deus item nonnullo modo post Troianum belium de  
rebus naturalibus Salomonem scribere docuit & earū

A 2 omniū

## 4 EPIS T O L A

omnium est medicina. Quid si cōmemorem ipso nobis  
biscum in terris habitante dum carnem sumperit, à pu-  
ra uirgine, nonne medicinam saluberrimā non tantum  
coluit uerum proprijs ac sanctissimis manib⁹ suis pra-  
eticauit, ut ipse plerūq; de se ipso testatur in sacro euau-  
gelio: Et quid amplius cū tot incōparabile munus suæ  
gratiæ intulit cæteris splendidissimis medicinæ inuen-  
toribus Apollini & Aesculapio, qui ob artis eorum celsi-  
tudinem, in deorum numerū sunt accepti. O quā pro-  
lixum esset dicere diui Hippocratis, & Galieni & Auicen-  
næ encomia, quæ à supremo gubernatore perceperūt,  
cum tanta cōmoda humano corpori protulerunt. Qua-  
pp̄t bene meritò artium præclarissima nominari me-  
ruit. Ex ea nāq; dispositiones noscuntur humani corpo-  
ris (ut Auicenna prima prīmī innuit). Quod pfecto no-  
bilissimū corpus est Nam benedictus & gloriōsus, hu-  
mano corpori temperationē, cōplexionē donauit, quā  
in hoc mundo foret possibile inuenire, ut colligit Conci-  
liatoris libro differentia quīnta. Etiā ex dictis Auerrois  
super Aristo, in libro de sensu & sensato cum dicit; Ho-  
mo comprehendit differētias rerum & intentiones ipsa-  
rum proprias, quæ sunt in resensata quasi medullam de-  
fructu. Animalia uero alia quæ forinseca uelut cortices  
fructū existentia Cuius signum est, quia ipsa mouen-  
tur à sensilib⁹ minime, nisi in quantum rationem ali-  
menti

menti important. His uerbis dimissis transeo quia (ut ait Abrahali super tertium can. f. terciæ) In prolongatione sermonis non est utilitas. Idcirco intendens opitulari miserrimis hominibus hoc malo francigeno intoxcatis, opusculum illud in unum redigere proposui quod (deo annuente, sine quo omnia cassa) curam huius morbi recentis & ueterati, floridis experimentis, non minus quam ratione approbatis elucidabit. Si ergo ex ipso fructu hilarem metes, non mihi, sed inclito creatori gratias refer. Si uero aliquid minus quam bene elaboratum offendes, rogo suauiter rectifices: præco-  
gitando id dictum Tulijueteris Retho.

secundo cu scribit his uerbis: Nihil in  
simplici genere omnibus exceptis  
tibus natura perfectum ex-  
posuit. Vale.

A 3

EPITOME

# EPITOME OPV-

SCVL I DE CVR ANDIS PV

Stulis, ulceribus, & doloribus mali Fratzols,

Laurentio Phrisio authore.

De ortu & nomine illius morbi.

Caput primum.



Nro Christis saluatoris nostri M CCCC  
LXCVI efferbuit quidā morbus atrocissi-  
mus, irruēs in homines sēu omor suulce-  
rum, glandularū, & durissimorū dolorū:  
adeò notabili cruciatu, quod singuli ui-  
dentes obstupuēre. Nam incognitus & iniuisus erat iste  
pestifer morbus, non tantū uulgō: uerū etiam doctis &  
in sacra medicina eruditis. Ingruit & tanta mira tumul-  
tuatio in plebe, quod leprosi & exsuarūt habitare cū hoc  
morbo infectis. Ecce quideuenit (nōne miseratu dignū)  
pauperes hoc malo laborantes, expellebant ab hominū  
conuersatione, tanquā purulentum cadauer derelicti à  
medicis (qui se nolebant intromittere in curam, tam spe-  
culando, consulendo, quā uisitando) habitabant in aruis  
& syluis Metini em̄ me uidisse homines in tantū disce-  
dere ab illis miseric̄is, quod nō minus quā æquum fuisset  
supremum deum exitio gehennalī cunctum populū in-  
termisset. Attamen sublimis & gloriosus nolens derelin-  
quere

quere illos quos suo precioso sanguine, diraçq; mortere, deimit, misit ex Gallia & Neapol; nonnullos empericos uel medicos, qui pocius temeraria audacitate, quam industria cœperunt curare homines hoc malo laborates. Aspera tamē & peruersa erat eorū cura, ut appareat adhuc in illis, qui tunc curati sunt, quibus secūdus error priori peior accidit. Nā prius pūsculis & paruo dolore erat infestati: nunc uero nodosis tuberositatibus circa iuncturas, foedis ulceribus & uigilantissimis doloribus. Melius tamē erat ullum quā nullum solatium quia medici eruditi subierant nomen malorum medicorū, ut infert per Boētiū de consolatione philosophiæ cum ait: Malī medici est desperare ne curet æger. Ipsiis medicis supra dictis itaq; laborantibus in cura huius morbi, cœpit ille pestifer morbus nominari, Gallicus, uel Frantzigenus, ab aliquibus Neapolitanus, cō quod primū ad nos uenit sent morbus & medici ex partibus præallegatis. Potuisse & rationabiliter nomē ex haustis, Epidimialis & pestis, quia secundū Constantinū ille morbus nuncupatur epidimialis qui subito & uno tempore simul multis ingruit hominibus, ut uisum est de morbo illo in uarijsclimatibus. Sed quia de nominibus apud medicos non oritur contentio, cō propter dicta illa stringantur.

De signis

## De signis huius morbi.

Caput secundum.



Vm autem medicus nihil potest perficere  
in cura alicuius morbi, nisi prius morbum  
agnoscat, quia in quantum medicus fallitur  
in morbi cognitione & eius causa, in tan-  
tum etiam fallitur in eius curatione, ut ait Galienus ad  
Glauconem. Qua propter per signa aliqua in cogniti-  
onē morbi & eius causa oportet deuenire, ut asserit com-  
munis turba medicorum. Et Galienus secundo techni:  
Signorū igitur huius morbi quædā sunt demonstrati-  
ua præsentis scilicet infectionis. quædā rememoratiua,  
præteritæ, & pronostica futuræ. Signa quidem huius  
morbī demonstratiua sunt hæc pusculæ crustosæ, latæ  
aut longæ, quæ de facili exiccantur, & cadūt ex carne con-  
cauæ ad modum copularū glandium, & cum ceciderūt  
remanet quædā glandula eleuata supra cutem. Aliquæ  
illarum crescunt in longitudine, & sunt pyramidalis figu-  
ræ, emitentes laniem ad modū olei nucum. Efficacissi-  
mum quidem signum, si cum illis aliquid apparuerit cir-  
ca pudibunda. Item aliquæ extendunt se in latum cutis,  
corrodentes, & urentes, tanquā euforbiū uel arsenicū,  
& illæ pessimæ sunt. Signa uero rememoratiua sunt,  
hæc: dolor intensissimus in iuncturis in capite, infocili-  
bus brachiorū, & pedum, cum duricie & tumore sanguissi-  
mus;

mus dolor est deambulatiuus, mordicatiuus, pungitiuus. Et cū tetigeris illam duritiē sentitur calida & fudo re subtili irrorata. Iterum cum resoluitur ille dolor, franguntur nodi, & effluvit uitulenta sanies, ex quibus proueniunt maligna ulcera, multum infestantia. Efficax quoque signum est, cum uides sanguinē alicuius per flebotomiam extractum cōgelari, & in colore in liuidum seu cincricium conucriti. Signa autem prænostica sunt duplia quia aliqua præauguriunt hanc ægritudinem futurā quædam uero saluam aut non saluā. De primis aut sunt dolor capitis, & membrorū, alteratio coloris faciei, pupillarum tumor, pigritia mentis, grauitas incensus, sudor fœtidus de nocte & præcipue in aurora. Excitatio post primum somnum punitio cutis, ut pulicorum mordicationes, & in fœtine circa fœ mora notabilis aggrauatio. Et certiora sunt hæc signa, si cū eis maneat appetitus comedendi & bibendi quia cōmimiter hoc morbo laborates, forte habent appetitum, cuius causam ego assigno quod aliqua portio frigidorum humorum defluat ad orificium stomachi. Manifestum namq; est ex dictis Galeni secunda Techni quod frigidum appetit, calidum uero dixerit: quamuis aliqui in principio huius morbi minusquam in alijs temporibus forte habent appetitum quoniam multa materia flegmatis salifi & coleræ adustæ sunt imbibitæ in uillis stomachi.

Quantū ad secunda signa prænóstica scire debes, quod si púsculae fuerint uelocis apertioñis, exitus & matura-  
tionis, causa est, quia natura est fortis, & r. non debili-  
tata in expellendo nocium. Naturæ enim forti nil est  
impossibile, educit em̄saniem per medium ossis, ut prin-  
ceps Galenus dixit. Similiter & si non affuerint mala ac  
cidentia, anhelitus uidelicet diminutio, & dolor nímis  
intensus, & si cito conferūt solita cōferre, de quib⁹ tibi  
ratio & experimentū præstant fiduciam: quoniam ut  
sonat dictum Galeni, solentia iuuare suo tempore, si nō  
iuuant, eorum significatio protenditur in malum, etiā si  
púsculae exierint luauiter, absq; ulla coartatione & angu-  
stia, tunc uere iudicabis morbi saluū & cito fore curabi-  
lem. Sinuerō signa illis contraria apparuerint, uidelicet  
quod púsculae tardæ essent in exitu ad corporis periferi-  
am, & cum accidentibus terroris, syncopi, anhelitus con-  
strictione exierint, parumq; contulerint medicinæ ap-  
probatae certe ille morbus uix aut nunquam curabitur  
quia uerus medicus, id est, natura est debilis. ideo mini-  
ster nil perficit. Sonat nāq; ueteris sententia: Est quidēna-  
turæ curare, nō medici: medici uero dignius est opus na-  
turæ porrigit. Et illud similicet: etiā princeps 4 cañ. sē  
prim. de cura putridarū in generali cū dicit: Curans sicut  
sciuiti, est natura nō medicus: medicus autem facit priuile-  
re instrumēta ad uirtutē. Simile etiā uerbū ponit Corn.

Celsus

Celsus in tertio libro. Natura repugnante, medicus nihil perficit. Quibus abbreviatis facile iam ex dictis perpendere potes, hunc morbum, non tantum cognoscere, utrum etiam saluum uel non saluum dñadicare.

### De causa morbi prætacti,

#### *Caput tertium.*



Nicuique curam huius morbi perfecte scire uolenti, causam ipsius inuestigare oportet esse uidet. Quia ut testat̄ Aristo, posteriorū primo: Scire nihil aliud est, quā rērū causas cognoscere. Et ciusmodi phys. primo cum dicit, Tūc em̄ arbitramur unū quodq; scire, cum causas eius &c. Ex quibus facile elicit, q; sc. re eīn causæ adeptio est pfectio intellectus ut idem philosophus asserit in phœ mio Metaphysics Patet igit̄ consideranti ex dictis, q; cura morbi difficilis est ignota eius causæ, uexta illud Galeni in tertio technicum dixit Facta uero ægritudo curabit, dispositione à qua princi paliter, quæ secundum naturā operatio ledit ablata quā & ipsam dicimus causam &c. Dimissis præterea uarijs caularū cōsiderationib; secundū quod distinguunt penes materiā & formā ex quibus uel ad quæ sequit̄ aliquid secundū naturā, ut Philosophus primo & secundo phys. explicauit. Triplice huius morbi de quo nūc uersat̄ nostra intentio causam relinquimus: primā uidelicet primitiā secundā antecedentē, & tertiā coniunctā. Quantū ad primā causam

et scire non pigeat, quod causæ p̄imitiuæ sunt res, quæ requiruntur ad nostri corporis constitutionem, & producunt morbum aliquando sine medio: aliquando cum medio, & tales procedunt ut plurimū ex sex rebus non naturalibus: aëre, cibo, & potu, motu & quiete, somno & uigilia: repletione & inanitione. Et animæ accidentibus, ut ira, timore gaudio & tristitia &c. Et ex illis causam huius ægritudinis rationabiliter æstimauere sapientes aëris mutationem fuisse, ex planetarū notabilissimis cōstellationibus, ut ex subsequētibus intuenti facile patebit. Antecedētes uero causæ sunt illæ, quæ pertinent ad nostri corporis constitutionem, producentes tamen morbū semper cum medio. Et tales in hoc morbo sunt humores dispositi ad corruptionem adustionis & carundem asperitatem, ut puta flegma falsi, colella adusta &c. Simplices uel cōpositæ. Dixi dispositæ, q̄a secundum Aristotelem secundo de anima & viii phys. etiam secundum Galenū primo de interioribus, nulū agens inducit effectum aliquem nisi ex dispositione passi. De causis autem cōiunctiis dicit, quod sint res pertinentes ad nostri corporis constitutionem, producētes quoq; morbū sine medio. Tales uero in illo morbo sunt mala ægritudo cōposita ex mala cōplexione frigida & humida cerebri, propter quā multæ materialē frigidæ & humidæ materiales descendunt ad neruos, iuncturas, muscu

musculos, & porositates membrorū. Quæ ex mala cōplexione calida & sicca adurūtur, & sic eorum una pars flegmatiscilicet salsa, acuta & aspera efficit; alteram uero adusta terrea, grossa, & melācholica, ad lepræ uel cancri similitudinem. Reuertar ergo nunc ad primitinam huius malī causam, determinando ea, cum dixi hanc ex planetarum siue stellarum impressione. Ad cuius euidentiā scire debes, qd' in anno Christi millesimo quadragesimo octuagesimo tertio, fuerunt nōnullæ planetarum cōgressiones, die uidelicet xv mensi Octobris, hora secunda post meridiē. Quod autē clarius intelligas, scito tempore præfato, Iouem, Martē, Solem, & Mercuriū, simul coisse in Libra, in octaua domo quæ ægritudinis est significativa. Fuit quoq; hūanæ naturæ amicus Iupiter cōbustus. Ex quibus facillime quis iudicare potuit, ægritudinē ex sanguinis corruptione, & humorum adustione humano gencrī euentura. Dico humano generi, quia illæ coniunctiones in signo humano fure, uidelicet in Libra. Ethac omnia protestat Hali abenragel octaua parte sua completa, cum cætetis in astrologia philosophantibus. Præterea aduertendum est, quā furiosum fuisse hunc annū, quia prima dic Nouembris, corroboratae sunt illæ impressiones, cōiunctionibus scilicet Martis & Veneris, Iouis & Veneris, in domo ægritudinis præfata. Luna quoq; duas passa est eclipses: unā

B 3 uidelicet

uidelicet in Thauro: alteram in Scorpione. Ex quibus  
apparet, quod hoc morbo laborantes plerumq; dolori-  
bus colli, & gulæ, nec non genitalium membrorum in-  
festantur. Thaurus etenim colli & gulæ signum Scor-  
pius uerò pudibundorum. Relictis igitur illis & multis  
alijs, in hac via occurrentibus transeo. Manifestu nanq;  
est, quod superiora agunt in inferiora: ut omnis afferit  
prudentia amator. Quāuis aliqui hæc d.cta frivolis di-  
ctis contaminant. Cuius causam Ptolomæus in qua tri-  
partito suo, capitulo secundo assignat esse ignorantiam.  
Verissimis quicq; uerbis perturbat illorum stomachos  
cum dicit: Non enim propter stultorum ignauiam uili-  
pendenda est philosophia. At tamen si quis hiaret proba-  
bilis sermonem, quod superiora agant in inferiora; si  
militer quot, & quibus modis confugiat ad dicta cele-  
bratissimi Petri de Abano, quem Conciliatorem appellamus,  
qui hæc oia clare expressit, differētia scilicet deci-  
ma. Fuisse & mihi animus depingēdi figuræ constella-  
tionum supradictarum quas à quodam doctore  
& Astrologo famosissimo percepī, qui hunc  
morbum aliquos ante annos prædixit.

Et si ipsius nomen promulgarem  
haud incognitus tibi esset.

Interceptu stamen ne,  
gocijs reticui.

Decura

Decura huius morbi in generali,  
Caput quartum.



Vra uniuscuiusq; morbi in tribus complect: in debita scilicet rerum non naturalium exhibitione, aut potionē, aut chirurgia, ut testatur Ioannicius in fine sui introductorij.

Et illud confirmat Auicenna, secundū quarta primi canonis hisuerbis: Dicemus quod res medicacionis ex una triū rerum completur: una earum est regimēn & nutriētia, & alia est medicinarum exhibitiō: & tertia est manualis operatio &c Quantum ad primum scīēdū, quod sex res non naturales, aér, cibus & potus &c. immutare habent corpus humanū dupliciti de causa. Prima ex parte componentiū Secunda ex parte cōpositionis. Ex parte componentiū, quia tale corpus compositū est, ex quatuor elemētis, quæ ppter contrarietatē sunt transmutabilia, & reddunt corpus ex eis compositū trā̄smutabile, ut habetur secundū Auicennā prima cañ. & secundū Galenū de elementis. Vnde si corpus humanū esset cōpositū ex uno elemento, nō doleret. Ex parte cōpositionis quia corpus humidiū, est raræ substatiæ & passibilis. Quia ppter oportet & debita illarū rerū obseruet exhibitiō, insanis per cōsimilia in ægris p contraria. Quia omnis cura fit per cōtrariū, ut Ioannes Mesue in uniuersalibus dicit. Et anteq; dicta illa applicent pposito nostro, nō la  
teat

teat tescire quodcura morbi est duplex: Alia uera quæ nihil aliud quam abscisio causæ: Alia mendosa, quæ propriæ dicit stupefactiua. Et illa non debet fieri nisi urgent necessitate, cum timet distinctio uirtutis, & fortificatio dolorum. Quæ omnia pessima sunt, ut Auicenna testatur, quarta fæn primo cañ. hisuerbis: Omnis quidē dolor qui fit forcior interficit. Accedamus igitur nunc ad propositum nostrū, quare generalia dicta sufficiāt.

**D e ordinatione diætae laboratis hoc malo.**

*Caput quintum.*



Cito quoddiaeta nihil aliud est, quam sex rerum non naturalium approximatio in debita uidelicet qualitate & quantitate. Plus namque ualet diaeta curare, quam potionem, ut innuit Ioannes damascenus in suis Aphorismis cum scribit: Si poserit medicus medicari cum diaeta absque potionem, prospera euenient. Ad ueram igitur huius morbi cui am imprimitis aeris electio est necessaria, qd aer cū circundat nostra corpora, maximè immutat in superficie partes quæ detectæ sunt: & itetum in profundo membra illa ad quæ natura ordinauit, eius substantiam peruenire. Sit ergo habitatio pustulosorum in aere sereno, lucido, puro & subtili siue ita fuerit per naturam uel artem. Quia talis aer sanguinem mundificat, spiritus clarificat, cor lactificat, mentem serenat, digestionem in omnibus membris procurat.

Ex quibus omnibus natura fortificatur ad expellendum  
nociuam. Quapropter ego laudo talem morbum patien-  
tes, moram ducere in aere non nimis calido nec etiam  
nimis frigido: quamuis ab initio huius morbi, empericis  
consuetum fuit illos regere clausos in stubis intemperie  
calefactis. Aliqui etiam pacientes miserunt infurnos ca-  
lidos. Aliqui etiam in uoluerunt in laccos, & maximu[m] cru-  
ciatum illis intulerunt calefactione, quod partim laudo  
partim uero uitupero. Verum namque est, quod aer con-  
tinens calidum resoluit & hoc in casu magna requiritur  
resolutio propter profunditatem materiae imbibitae in  
cavernositatibus membrorum, & praesertim in panni-  
culis iuncturarum. Etiam quia caliditatis est prouoca-  
re sudores ex quibus sanguis clarificatur: quia sudor ni-  
hil aliud est, quam aquositas sanguinis cuius colericu[m]  
est admixtum. Sed amplius scire debes, quod illa inten-  
sa caliditas dissoluit & laxat membra, digestione corrū-  
pit, quae omniu[m] uirtutu[m] naturae tenet principatu[m]. Sitim  
efficit syncopim & terroris acerrima inducit. Ex quibus  
concluditur naturae debilitatio & mors, nisi corpora  
sint robusta & fortia. Quapropter dissuadeo illis mcdi-  
cis incumbere, quia non sunt digni nominari h[ab]c & disertissi-  
mio nomine, Medicus, sed potius Parabolani, ut eximi-  
us Ioannes Reuchlin eis nomen obtulit in libello quodam  
Hippocratis, quem è Greco ad Latinum traduxit. Est

C namque

namq; medicus adiutor naturæ, nō destructor, ut supra  
 tactum est. Quodaūt talis aér calidus extra metam ea  
 faciat quæ dixi, cōfirmat Auicenna secunda prīmī, cum  
 dicit. Aér calidus dissoluít & laxat, &c. Habitent igit̄ pa-  
 tientes hoc in cōmodum in aére calido, nō tñ extramodū  
 sint q̄z bene cooperati bonis uestimētis. Et circa eorū ha-  
 bitationes incendat ignis ex bonis lignis, nō p̄ tridū aut  
 male proprietatis, cuiusmodi sunt de nuce & populis &c  
 Caeuant quoq; accedere ignem, quia ex sumo ignis in-  
 tenditur dolor pūsculosorum, ut s̄pissimē uisum est mi-  
 hi. Occurrit quoq; adhuc quoddam attentione dignū,  
 in aére selectioe, quod temporis cōsideratio est: ait nāq;  
**Hippocrat.** in quodam libello, q; attente curandum sit  
 medico tempora anni, & quid in eis contingat. Diuidi-  
 tur namque tempus in quatuor partes anni solaris, se-  
 cundum quod sol peragrat quattuor puncta in círculo  
 obliquo. Cumque enim intrat primum punctum Ari-  
 etis, uel æquinoctiale circulī, constituitur tempus ue-  
 ris, quod temperatum dicimus formaliter, sed effectiuē  
 calidum & humidū. Igitur hoc tempore licet q; tales ho-  
 mines intensiore caliditatem aéris sustineāt, propter  
 humiditatis resolutionem. Ver enim tempus repleti-  
 onis est. Deinde cum sol permeauerit tria signa, intran-  
 do círculum quem Tropicum Cancri nominamus, o-  
 ritur astas, tempus calidum & siccum, in quo minus  
 opor-

oportet calefacere aërem pacientū, quamvis bonū sic  
in habitatione accendere ignem , propter depurationē  
aérī, sed habitare in stubis & stuffis certe malum est.  
Postmodū intrante sole æquinoctialem circulū, & Li-  
bram tempus quod autumnū dicimus. oritur melan-  
cholicæ naturæ. Tunc enim bonum est, habitare in flu-  
bis calefactis, ita quod sæpè sudores prouocentur. Sum-  
mè quoq; cauendum est, ne frigiditas eo tempore cor-  
poris superficiem attingat, quia humores mali congela-  
rentur & per consequens redderentur inobedientes na-  
turæ. Deinde cum sol intrat tropicū Capricorni, ori-  
tur hyems dira, frigida & humida, quia uapores & fumi  
ex occultis terræ & aquis humectant aërem. Qua pro-  
pter bonum est eo tempore morari continuè in calidis  
habitationibus, & bene operiri indumentis de pellibus  
uulpinis, quæ specialiter in hoc morbo sunt conuenien-  
tes. Attamen non ita punire licet miseris, quemadmo-  
dum faciunt pseudones medici. Hæc quantum ad pri-  
mam partem diætæ sufficiant. Nunc properandum  
est ad secundam rem , non naturalem , quæ cibum  
& potum comprehendit. Relicto igitur speeulatio-  
nis officio , ne perlongetur sermo, sciendum est quod  
taliter cibandus sit æger, quod uirtus nutriatur, & non  
morbus, ut dicit Galenus. Et illud prosequitur cum pa-

cíentí propínantur cíbi & potus subsequentes. In príncipio itaq; huius mali competit regimē humectatiū, quod perficitur ex iure & ptisana ordei, lētibus, passulis, amido: similiter ualet cíbus factus ex seminibus melo-  
 num & cucurbitæ, quia cōmuniter febrilis calor adest  
 in principio morbi, qua propter humida conferunt, ut  
 saluetur Hippocratis dictum in Aphorismis particula  
 prima humidæ diætæ &c. Conferunt etiam carnes hæ-  
 dinæ, uitulinæ, castratînæ iuuenes pullorum, cum suc-  
 cogranatorum. Ex oleribus blitis, spinachia, borago, la-  
 ctuca. Et plus competunt talia cum signa apparent co-  
 loræ adustæ. Potus uero sit ptisana hordei cum zuca-  
 ro, aut sirupus uiolarū, aut aqua frigida. Si uero febris  
 non fuerit multum intensa, detur uinum lymphatum.  
 Eodem quoq; modo diætandus est paciens in augmen-  
 to. Cum uero pusculæ exierunt ad cutis superficiem, &  
 grauedo aliquantulum remissa est, tunc scies ægritudi-  
 nem in statu esse Quare pacientem bonis carnibus, &  
 ouis sorbilibus, lactuca, passulis, piscibus petrosis, ciba-  
 re studeas. Potus quoq; eius sit uinum rubeum, clarū,  
 bene lymphatum. Et minus cibetur quā in principio &  
 augmento, dicit enim Hippo, in primo Aphoris. Quan-  
 do in statu est ægritudo, tenuissima diæta necessarium  
 est uti. Neq; obliuioni tradas miscere cū cibis reprimē-  
 tia acuitatem sanguinis, cuiusmodi inuubi sebestis, po-  
 ma

ma granata &c. Cumq; autem iam cœperint alleuiari  
acerriima & pulsulae cadere, tūc scias declinationē mor-  
bi adesse. Quare paulatim transire debes ad cibos siccis-  
ores quia in fine regīmen exiccatum aliquantulum pro-  
dest. Semper tamē animaduertendū est naturalis com-  
plexionis eucrasiam uel dyscrasiam: quod ingenio periti  
medici committēdum est. Secundam rem naturalem  
condigne sequitur tertia, quæ personum & uigiliam  
significatur. Somnus illorum sit nocturnus, non tamē  
ultra sex horas. Est enim talibus res ualde conueniens,  
quoniam ut testantur prīncipes medicinæ: Somnus uir-  
tutes naturales efficit fortes, intelligendo somnū mode-  
ratum: quia immoderatus somnus disponit corpora ad  
pessimas ægritudines. Vigilia uero moderata nō minus  
confert: quia uirtutes disponit ad operaciones suas exer-  
cendas. Superflua tamē uigilia corpus exiccat, & dispo-  
nit ad ethicam senectutis. Quare cum dolor adeo fortis  
fuerit, quod paciens non poterit dormire, medicus sanè  
potest procurare somnū cum oleo uiolarum uel nemis-  
fario, uel cum comedione lactucæ uel seminispapaue-  
ris. Non tamen utilicet soporiferis fortibus, cuiusmodi  
iusquiamus, mādragora, opium &c. Ut igitur satisfa-  
ciam petiōibus tuis, hic describere decreui pomū quod  
dam, quod patientibus fuauissimum somnum praestat  
olfaciendo ipsum, & tempora fricādo cum illo. Quo uti

potes in fortibus doloribus, & nimis uigilijs: cuius de-  
scriptio hoc est. Recipe croci opij thebaici, corticis mā-  
dragorae anadraachmā unā, terant̄ subtiliter, & fiat po-  
mum cum drachmis duabus, ceræ albæ. Quarta res nō  
naturalis, repletione & inanitione indicat̄. Volens nāq̄  
curare hunc morbū, debet attendere an corpora sint re-  
plēta uel non. Si repleta aut sunt plectonica aut cacochi-  
nica. Si plectonica, quod perpendere potest ex signis  
plectoriæ medico notis, tunc illico flebothomādus est  
æger, si cēpus, uirtus, ætas, & cōsuetudo flebothomia  
admisserint, qā secundū Auicē, primo cañ. sen quarto fle-  
bothomia est uniuersalis humorū euacuatio multitudi-  
nē &c. Si uerò fuerit corpus cacochinnū pharmaco hu-  
mores corruptos minuere licet postea indigesta digere  
re tandem digesta successiuè eradicare, non una uice, ut  
facui faciunt. Debet & medicus sollicitus esse in præme-  
ditando, an talis plectoria uel cacochinna sit in uno uel  
in omnibus membris: & ne aliquam materiam ducat  
per inconuenientem regionem. Dicit nanq̄ Hippocras  
ueritatis indagator in primo Aphorismo. Quæ ducere  
oportet àndecunq̄ natura maximè repit, inde ducere  
per conuenientes regiones. Et ex illis dictis potes iam of-  
fendere inanitionē. Multi etenim errant in hoc morbo,  
cum uolunt euacuare humores per secessum, & natura  
intendit eos cuauare per aliam uiam. Aut cum faci-  
unt

unt flebothomiā, cum natura iam operatur expulsiōnē  
 materiæ ad cutis superficiem, & tales impediunt naturā  
 & generant motus contrarios, qui uiolenti nominantur  
 à physicis. Et illi plus replēt corpora malis humoribus,  
 quām euacuent. Oportet ergo, ut se studiosum reddat  
 medicus in hoc morbo, ne naturam impedit, quia na-  
 tura fortiter operatur in hoc malo. Quinta res est, me-  
 tus & quies. Motus uel exercitiū conueniunt in hoc ca-  
 su, quia color naturalis per ea confortatur, & augmenta-  
 tur, fumos malos ex corpore expirare faciunt, corpus à  
 superfluitate mundificant. Quare laudabile est pacien-  
 tes hunc morbum gerere exercitiū suaue (si saltem pos-  
 sunt) hinc inde spaciando ante comedionem. Nequa-  
 quam tamen licet hoc fieri post comedionem. Quies  
 contrario modo se habet, quia infrigidat, & congelat  
 humores: iccirco si pacientes hunc morbū non possunt  
 ambulare, bonum est loco exercitiū uti fricatione, cum  
 pannis calidis, uel fomentationibus & balneis in stu-  
 phis, quæ omnia species exercitij sunt. Sexta igitur res  
 & ultima est debita approximatio accidentium ani-  
 mi, cuiusmodi gaudium, tristitia, timor, ira. Ira namqz  
 calefacit, quare dissoluit & subtiliat. Contrarium uero  
 timor & tristitia faciunt. Quare oportet remouere ea  
 quæ infirmum habet mouere ad animæ accidētia iam  
 enarrata. Quorum duæ sunt causæ, obiecta scilicet &  
 affectus

affectus. Multum quoq; ualeat apud infectos solaciōsis  
uerbis īcedere, ne īgruat p̄funda cogitacio de rebus  
tristiciæ & timoris. Nam ferè omnes inclinati sunt ad  
tales animi motus, ratione humoris melācholici ī hoc  
malo peccantis.

Remedīa curandi morbum Frantzige  
num per potionē,  
*Caput sextum.*


**S**Vperius publicauī tibi modum operatio-  
nis medicinæ in tribus cōsistere: diæta scili-  
cet, potiōe & chirurgia. Expedita igitur pri-  
ma parte, īicianda erit secunda, in qua tibi  
monstrabo modum curandi morbum p̄fatu per po-  
tiones: intelligendo per potionem omnia quæ per os su-  
muntur in quacunq; substātia fuerint. Nihil enim te do-  
cere p̄sumam, nisi quod ratione, authoritate & expe-  
rimento probauī. Scias tamē quod cura huius malī dif-  
ficilior est ī hodiernis diebus, q; nuperrimis fuit. Quod  
perpendere potes ī multis, qui elapsis annis aliquibus  
famosi fuerunt ī ipsius cura, nunc autem paruum pro-  
ficere ualentes cuius causam ego assigno duplēcē: Pri-  
mam scilicet Saturni efficax dominium, quod iam sibi  
uendicauit ex quo materia porositatibus imbibita, con-  
gelatur & ī lapideitatē conuertitur, quod uix reme-  
dium satis efficax inueniri potest. Secunda causa, quia  
homī

homines amplius non abominantur id malum, quatenus persequi bona consilia & sustinere diatam bonam;

### Remedium primum & principalissimum.

 Apientis artificis est ordinatè procedere in operationibus suis, sic quod primo prima pertractentur, media post, & demum ultima, quæ sunt finis. Igitur ante omnia oportet medium allicere & exhortare laborantem hoc malo recurrere ad gloriosum & excelsum deum, qui est fons & origo principium & finis omnium, qui solus languores sanat (ut Ioannes Mesuc protestatur). Facinora nanque nostra sèpissime sunt causa infirmitatis nostræ: quamobrem inuocandus est Iesus, ut ignoscat; Maria semper benedicta uirgo mater eius, ut misericordiam imploret. Impossibile nanque est curare morbum eius causa adhuc remanente, approbante hoc Galeno nostro.

### Medicina minorativa materiae peccantis in hoc morbo.

 Nprincipio huius morbi detur medicis minorativa materiae. Etnon in declinatione, ut aliqui uolunt, quia per hoc impedit natura & attrahit ad interiora, id quod à natura tendit ad cutis superficiem. Hoc tamen intellige,

**S**ueuerit aliquis quem in breui inuasit id genus pestiferum, & huius medicinæ descriptio sit talis: Recipe casf six nouiter extractæ unciam semis, electuarij de succo rosarum, electuarij diaca: holicorum ana dragmas duas dragagandi grana quatuor: si u: haustus cum uncia una aquæ boraginis. Et propinetur in aurora actualiter calidus, & paciens ieiunet quatuor horas.

Aliud fortius.

**S**uerò per longum tempus durauerit, & tibi videatur habere medicinam minoratiuam fortiorem, Recipe cassiæ extractæ cum aqua lactis unciam unam, epithimi, thimi, ana scrupulum unum, reubarbari agariciana scrupulum dimidium, salis gema, grana duo. aqua lupulorum unciam unam: fiat haustus & propinet ut prius dictum est.

Digestiua.

**C**VM autem hoc factum fuerit, te uertas ad materiæ digestionem, propinando per aliquos dies possum istum mane & sero, quo usque in urina signum digestionis apparet, cuius Recepta talis est: Recipe siripi de endiuia, siripi de fimo terræ, siripi de cicorea, ana unciam unam aquarurn, lupulorum, cascute, boraginis buglossæ, ana unciam unam cū dimidia. Dentur omni uice tres unciae.

Aliud

## Aliud.

**R**Ecipe florū boraginīs, buglossā, ualerianā, thymiana manipulum unum, radicūm cicoreā, endiuīat feniculi seminūm communū frigidorum, ana manipulum dimidium, lupulorum, absinthiū, cuscūtā, chamæpitheos, ana manipulum unum cum dimidio. Buliant in librīs aquarū octo, usq; ad consumptionem medietatis, & addatur zucarī libra una cum dimidia, & coquantur usque ad spissitudinem. Dosis est uncia duxē cum aqua lupuli omni mane & sero, & tardet cibūm assumere per horas tres.

Aliud cum materia multūm fuerit grossa & inobedientis & quasi chronicā.

**R**Ecipe seminis feniculi, aneti, ana unciam unam, polypodij, quercini recentis drachmas tres. Hæc omnia iaccant per noctem unam in acetō, deinde coquantur in librīs aquarū tribus usque ad consumptiōnem medietatis & collaturā addātur succi sumi terrāe, succi lapaciū acutī, ana uncias quatuor. Quibus cuncti bus depuratis, fiat sirupus cum melle librārum trium & acetō in quo steterunt radices. Dcentur mane & sero unciae duxē cum aqua decoctionis feniculi & maximē iuuabit.

D 2 Medi-

## Medicina eradicativa.

**V**mq; apparebit digestioñis signum, licet  
eradicare materiā peccantem, non tñ phar-  
maco fortī, ne plus attrahas ad inferiora  
q̄j educes per eradicatiōm. Des igit̄ mane  
hoc electuariū. Reci. electri indi electuariū de succo  
rosaceo ana drachmā unam & semis dragantí qua-  
tuor grana. Aliud.

**R**ec. electuarij hamec drachmas tres aut quatuor se-  
cundū quod tibi videbitur expedire, minuendum  
nanq; & augendum est quare medicus requiritur discre-  
tus in illis.

## Vel sic.

**R**ec. pillularum de fu. terræ pillularum de lap. la-  
zuli ana drachmā & semis, agarici trociscati sciupulū  
semis, fiant pillulæ xii, & dentur in introitu lecti.

Item pillulæ de reubarbaro laudantur in hoc casu; si-  
militer & pillulæ de lap. armeno, uel pillulæ indi &c.

Descriptio pillularum conferentium in hoc  
malo & sunt expertissimæ.

**R**ecipe yererufini curtarici imperialis ana drachmā  
unā, turbit colognitidæ hermodij, ana drachmā se-  
mis, esulæ scruplū unū, masticis, bdellij ana scrupulū  
unū & semis, sciminis feniculij, sancti ana sciupulū semis,  
pulueres illarum censitantur cum electuarijs supradi-  
ctis

Etis, & dentur undecim uel tredecim, aut minus aut plures secundum quod exigit necessitas.

Medicinae expellentes pusulas ad periferiam cutiscum sint difficultis exitus.

**H**is actis oportet iuuare naturam summo studio, quod pusulae educantur ad superficiem cutis. Quod haec leges absclues; Paciens intret stufam uel balneum factum, ut patet in infra sumat quoque in eo haustum unum potus in frascripti, & hoc fiat per tres dies ad omne minus. In exitu quoque balnei cooperietur pannis, ne subito infrigideatur. Tardet & postea comeditionem per duas horas.

Descriptio balnei conferentis in  
hoc casu.

**R**Ecipe ebolorum, brancae ursinæ, seminis lini, maluæ, calamenti, melliloti, camomillæ ana manipulū unum, buliant in aqua, & caueat paciens, ne se humectet, quia malum est.

Aliud balneum.

**R**Ecipe bis maluæ, foenugræci, origani, urticæ, iuniperi, peritariæ ana manipulum unum.

Descriptio decoctionis eduentis pusulas.

**R**Ecipe sicuum citrinarum uncias septem, lacte ablutas drachmas quinq; levitū ex corticis drachmas tres se, anisi, feniculi, dragagati ana drachmas duas & scmis.

D 3 Coquantur

# DE CVRA

Coquuntur in libra una & semis aquæ donec remaneat pars tertia, deinde coletur & dentur uncæ duæ.

Aliud.

**R**ecipientium excorticarū dactylorum immaturorum dragagantī ana uncā & semis, buliant in aqua pluuiiali, quantum sufficit & propinet colatura.

Quid amplius agendum sit.

 Is omnibus factis, pusculis quoq; expulsis, sollicitus esse debet medicus ne conuertantur in ulcera & exicoriatiōes. Quare cōt. nūd admixtrare debet decoctionem epithimi, quam Ioannes Mesue scribit. Similiter de tertio in tertium diem uti debet balneis supradictis propinando ante introitum balnei drachmam unam, tiriace uel mītridati, quæ ualde conferūt, & mirabiliter prosunt. Ego nāq; uidi quan dam matronam tiriaca curari, cui omnia alia remedia nihil profuerunt. Cumq; ita laborasti per triginta dīcs, & paciens nō curatus est: signum est, quod materia est nimis furiosa, & uix solo potu curabilis. Quare oportet ut illico te uertas ad unguēta illa saluberrima, cum quibus multos curauis: ungendo quotidie bina uice, iuncturas in parte domestica, & in paucis dībus cadent pusculæ, nisi repugnet fortuna.

Descri-

## Descriptio unguenti.

**R**Ecipe cerusæ unciam unam thuris, masticis, litargirij ana uncia semis, olei rosarum loti, cum pluribus aquis, & ducti diu in mortario plumbi cum pistilli plumbeo, quantum sufficit ad incorporandum.

Aliud,

**R**Ecipe oleum laurini, olibanum, cerasum nouæ ana uncias duas, auxungia porcinae drachmas quinque, salis communis uncia unam, succi fumi terræ, succi plantaginis, ana uncias quattuor, fiat unguentum.

Item unguentum citrinum, unguentum aureum: & apostolorum ualent in hoc casu.

Aliud unguentum efficacissimum  
in crustosis & pessimis  
pusculis.

**R**Ecipe butiri recentis, terpentinæ, auxungia gallinæ, olei uiolarum ana uncias duas, litargirij plumbi usti, cerusæ, aloës epactici ana unciam & semis, fiat unguentum.

Vnguentum sanans plegas & uestigia  
quæ remanserunt.

**R**Ecipe ossium adustorum, stercoris cumi, amidis, lupinorum, costi, aristis rotundæ ana fiat unguentum cum auxungia porcina.

Item

Item fricatioē utis cum surture tritici multum ualeat in  
hoc casu.

Hic subnotentur unguenta empericoru,  
argento uiuo commixta.

**N**ers uulgas nonnunquam peritissimos medi-  
cos floccipendere non ueretur: cum putant  
quod eis lateant illa unguenta, quibus medici  
porcini corpora inungunt. Certe dico tibi, quod nō sunt  
eis abscondita: immo autem manifesta, sed propter nocu-  
menta illorum eis uti nolunt. Describam igitur tibi ali-  
qua unguenta illorum medicorum, ut sentias, quod nō  
sunt medicis secreta, quēadmodum fatent illi emperici.

### Vnguentum.

**R**Ecipe salis armoniaci drachmam unā, baccarū lau-  
ri uncia unam, aquæ uitæ unciam & semis, thuris,  
litargirij ana drachmas duas, argenti uiui extincti dra-  
chmas tres, axungia porcinæ recentis quantū sufficit.

### Aliud.

**R**Ecipe argenti uiui extincti, clumiæ argenti, sul-  
phuris uiui, thuris, litargirij ana partes æquales, te-  
rantur, & ponantur omnia in forti aceto, & iterum ex-  
iccantur postea serantur super lapidem cum oleo rosa-  
eo quantum sufficit.

### Aliud

Aliud.

**R**Ecipe zinabrii picis Græcæ, ana drachmas duas, succi allei unciam unam, auxungia porcinæ uncias duas, argenti uiui extincti, salis cōmuni ana uncia semis terantur super lapidem & fiat unguentum.

Aliud.

**R**Ecipe radicem calamii aromatici, radicem men. ra dicem zedoariæ ana unciam semis, baccarum lau ti uncias duas, argenti uiui drachmas tres, olei laurini, olei rosarum ana quantum sufficit.

Aliud.

**R**Ecipe cerusæ litargirij ana unciam semis, sanguinis draconis, myrræ, masticis, olibani, ana drach. duas camphoræ drachmā unam, argēti uiui drachmas quatuor, auxungia porcinæ, olei laurini, olei oliuarum ana unciam semis, fiat unguentum.

Desedatione dolorum,

Caput septimum.

**V**ltociens euenit q. pacientes hunc morbū sauisimo dolore infestant, & præsertim illi qui mendosa cura curati sunt ab illis medicis supdictis: qre redit dolor et tuberositas in membris, & communiter infocilibus manuū & pedū &c. Vt igit sermoni parcā scire debes, quod dolor tripli citer sedatur: primo per causæ abscisionē, secundo per re

E resolutio-

solutionē, tertio per stupefactionem. Quantū igit̄ ad  
 primū attendere debet medicus, ut abscindat causam  
 doloris, quæ secundum Auicennā nihil aliud est, quā ma-  
 la complexio uel mala compositio membra imprimen-  
 tis, & recipientis. Abscindere igit̄ debet medicus hanc  
 malam complexionem membrī mittētis & recipientis  
 potionibus, euacuationibus, diæta, unguentis, fomen-  
 tationibus &c. de quibus infra deo dante experta uide-  
 bis remedia. Secunda uero dolorem sedantia sunt  
 illa, quæ resoluendo illum mitigant: quorum quædam  
 id operantur à complexione, quædam à proprietate.  
 Et ex his sunt, camomilla, mellilotum, origanum, serpil-  
 lum, malua, bissmalua, fœnumgræcum, semen lini, ru-  
 ta, cimimum, sansucus, calamentum &c. Tertia ue-  
 ro dolorem sedantia sunt ea, quæ auferunt sensibilita-  
 tem membra, & uocantur à medicis nartotica,  
 quibus non licet uti, nisi cum magna cautela,  
 cum cætera nil proficiunt: sunt enim  
 res imminētis periculi. Ut igit̄  
 rem complectatricē habeas  
 aliqua prælecta re  
 media oculis  
 tuis subiçtiā.

**P**rocessus sedandi dolorem in materia calida  
& primo sirupus.

 **V**m mala complexio calida fuerit causa doloris, administrabis hunc sirupum mane & sero, cuius descriptio haec est. Recipe endiuæ, lactucæ, lupulorum, lenticularū, aquæ coriandri ana unciam unam, rosarum, sticados, radicis feniculi, pedis coruini, ana unciam semis, zucari libram unam, succi endiuæ, succi citoniorum, & granatorum acetolorum, ana uncias duas, aquæ libras duas, coquuntur secundum ueram artem, & condantur cum spodino & sandalisi.

**E**vacuatio.

**R**ecipe catatarticis imperialis, diaprunis, electuarium desucco rosarum ana drachmam unam cù dimidia dragagandi grana tria, propinetur in aurora cum aqua endiuæ, & ieunet paciens tum per quatuor horas.

**C**onfortatio membrorum.

**D**ebus sequentibus accipiat mane & sero huius confectionis rotulam unam. Recipe specierum tria, sandali, specierum diarodon abbatis, ana uncia cum dimidia zuccati uncias ecto, fiant rotulæ.

## Fomentatio bona.

**R**Ecipe foliorū rosæ, endiuæ, camomillæ, buliant  
in aqua & fomentetur locuscum illis: postea un-  
gatur tali unguento. Recipe olei rosarū uncias duas,  
minis lini, foem graci ana drachmas duas, pinguedinis  
gallæ uncia & semis, camphoræ d. achmæ & iemis, fiat  
unguentum.

Sí uerò materia doloris declinat ad  
latus frigiditatis,

**R**Ecipe radicum feniculī, uncia unā, seminis anisi, fe-  
niculī aja drachmas quatuor, foliorū salicis siccarrū  
drachmas quinq; rosaruni drachmas septem, sticados  
arabicidrachmas sex, polipodiij drachmas duas, mellis di-  
spumatilibras duas, acetis liquiti, uncias duas, fiat siru-  
pus, de quo omni mane dentur unciae duæ.

## Euacuatio.

**R**Ecipe benedictæ lax, uncia & semis, electuariū in-  
di, drachmas duas, trocicos alahandel scrupulū se-  
mis, fiat bolus.

## Vel sic.

**R**Ecipe pilularū de hermodactylis drachmā unam  
fieri pilularē undecim cum electuario rosaceo. Et  
multa alia ex prudens medicus hoc in casu ordinare  
potest, secundum hanc oī fbi uidentur collerare, etas, uit-  
tus, tempus &c. conseruando.

Fomen-

## Fomentationes.

**R**Ecipe melliloti, bismalvae, fœnugræci, camomilæ, ana manipulum unum, decoquunt in aqua & fomentet locus Calida quocq; hæc omnia expressa ponantur supra dolorem.

Aliud.

**R**Ecipe brancae ursinæ, malvae seminis lini, mercurialis, ordei ana pugillos duos, fiat ut supra dictū est  
Vnguentum sedans dolorem, & mollificans nodos in lapideitatē conuersos.

**R**Ecipe olei amygdalarū dulciū uncia unā & semis, pinguedinis sanatis & gallinæ, ana uncia semis, mucilaginis, fœnugræci, extractæ cū aceto drachmas sex, ceræ albæ parum fiat unguentū, quo uti debes facta prius fomentatione, & emplastris cum malua bismala &c. fiat igitur illud per tresdies, habeas marchafitā ignitam, quæ fortí aceto irroretur, & super uaporem illum membrum latsum expande, & ipsum ex illo aceto laua. Et hoc duobus diebus facto, ad fomentationē primam cum unctione illa reuertere. Et sicalternatis uiciis unctionem & euaporatiōem cum marchafita reiteras.

Vnguentum ad materiam grossam,

**R**Ecipe castorei, myrræ costi ana p. trizetur, & fiat unguentum molle cum oleo rosaceo.

E 3 Aliud

Aliud bonum.

**R**Ecipe ceræ, olei antiqui, olei irini ana unciā unā, si  
at unguentum.

Aliud & est quoddam nobilissimum  
secretum.

**R**Ecipe uulpem pingue excoriatam, intestinis eti  
euisis, & impone de armoniaco, galbano, bdel  
lio, thure, mastice, ana uncias quinq; fœnugræci, semi  
nis lini, radicis alteæ, ana unciā unā, pinguedinis ursi, pin  
guedinis gallinæ & auferis, ana drachmas duas suetur  
& assetur in ueru, & quod inde distillatur, usui referunt,  
quia certissimum est.

### Modus administrandi medicinas stupefacentes.



Iuerò cum omnibus illis dolor non cessauer  
it, & æger ad uirtutis distinctionem time  
tur peruenire, cum magna sollicitudine te  
transire oportet ad nartotica, quæ stupefa  
ciendo sensum membra auferunt: & sic dolorem sedant.  
Eorum autem iuuamentum non sine magno nocume  
to esse potest. Ait namq; Galenus quod usus talium nō  
est nisi instare ad syntoma; augent enī in hæc dispositio  
nem hanc & eam difficile solubilem operantur, uirtutē  
debilitando, calorem & spiritum obtundendo, suffocan  
do

do & detingēdo, maximē si recentia sint. Ex quibus patet, quod male agunt emperici, qui cum illis operantur: gloriantes in hoc cum dicunt, hunc hominem curauit à doloribus suis, quem omnes doctores non potuerunt curare. Ach quid curasti, nōnne: in posterum uidebis. Certe ita gloriantes & delirantes sunt, synonima. Est nanq; cōmune omnibus nihil scientibus quod se omnia scire arbitrantur. Ponam igitur pauca remedia stupefactiua cum suis bezoarticis ipsa natortica rectificanda.

### Vnguentum.

**R**Ecipe opij, croci, ana drachmam unam, ceræ albae, drachmas duas, olei rosarum unciam unam, fiat unguentum.

### Aliud fortius.

**R**Ecipe opij thebaici, corticis mandragoræ, radicis iusquiam, ana drachmas duas, spicenardi, croci, ana drachmam semis, olei nenufrí, olei rosaruim, ana unciam semis, fiat unguentum.

### Canon notandus.

**C**Vm uolueris narotricis, primo incipias à leuioribus, ut oleū nenufrianū, iusquiam, uiolarū post ea uertas te paullatim ad fortiora. Item partes corporis inunctæ cum illis post horam aceto irrorent & luitæ fricentur cum panno calido: sufficiant igit̄ dicta,

*Capitulum*

## Caput octauum.

**H**xpeditis duabus partibus operationis medicinæ in hoc morbo, diæta scilicet & potione: sequitur nunc tertia, quæ est operatio manualis, uel chirurgia de curandis ulceribus & reliquijs pectoralium, dimittam igitur breuitatis causa uarias demonstrationes in hoc casu conferentes, in primis nanque non proposui tam prolixum sermonem producere. Scias igitur, quod ulcerum illorum, quædam sunt aperta, quædam abscondita subcute, & sunt nodi, de quibus supra audiuiisti: qui cum maturati sunt, in ulcera maligna conuertuntur. Paucas igitur considerationes penes illa ulcera te scire non p̄geat. In primis nanq; considerare licet complexionem hominis, quæ si bona fuerit, ulcus erit facilis curæ: si minus contraria. Secundo considerandum est membrum mandans: quod communiter est epar: interdum uero cerebrum & ncrui. Quare oportet ut speculatius sit uolens curare illa. Tertio considerandum est ulcus secundum treis dimensiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Quarto operatio cōsideranda est, quæ omnia dimitto cruditis in hac scientia: relinquendo tibi remedia experta, cum quibus ego curauī ultra ducentos homines.

Primum

## Primum remedium.

**Q**VOTIDIE dentur pacienti unciæ duæ Siripi de epihron, cum aqua agrimoniacæ & sumi terræ ana unciæ una.

## Secundum.

**I**N prima quadra lunæ, permittentibus tempore, latitate, & virtute, detur id laxatiuum. Recipe cassiaz extractæ unciâ unâ, electuarij hamec unciam cum diuidia.

## Tertium.

**I**N ultima quadra, eodem modo detur id laxatiuum. Recipe pillularum de fumo, drachmam unam iere rufini scrupulum unū, fiant pillulæ tredecim obseruatís omnibus quæ superius narrata sunt.

## Quartum.

**Q**VOTIDIE fomentetur ulcus apertum cum aqua de coctionis barbæ syluanæ, agrimoniacæ, chelidoniacæ & lappacijs acutij. Si uero nō apertum fuerit, aperiatur cum ferro ignito.

## Quintum.

**P**Ost fomentationem mundificetur ulcus hoc unguento. Recipe farinam ordei, aristologiacæ rotundæ ana unciæ & semis, mellis rosaruuncias tres, fiat unguentum & superponatur cum petralini.

F Aliud

## Aliud fortius.

**R**Ecipe brioniæ arist rotundæ ana unciam dimidiatâ salis nitri, tartari albi, ana drachmam unam mellis quantû sufficit.

## Sextum

**M**undificato ulcere, utere hoc unguento quod facit nasci carnem. Recipe thuris, masticis, sanguinis draconis, saccocollæ, ana drachmas duas calamina rishæmatitis, ana drachmam unam, litargirij unciam dimidiâ plumbi adusti, drachmam unam & semis, cerusæ, tucixæ ana unciam unâ, fiat unguentum cum oleo rosarum quantû sufficit.

Item unguentum citrînum, fustum & apostolorû optimè ualent.

Item unum ex secretis est, proicere in ulcus puluetes herbæ barbæ syluanæ, quia mirabiliter & plusquam credi potest, ualeret.

Et si ulcera sunt ualde dura, & melancholica, posteris addere huic unguento supradicto dimidiâ unciam dragaganti.

## Septimum.

**D**Escriptio optimi unguenti atque mirabiliter sanantis, & sigillantis ulcera maligna, quod nō minus remouet quoq; cicatrices breuissimo quidem tempore; facies autem sic: Recipe sanguinishominis ru-

fi, libras duas (non tamen oportet ipsum sanguinem sumere ab uno tantum homine, sed à pluribus hominibus, quia tanta quantitas incomparabilis esset ab uno homine) aloës epatici, drachmas quatuor, sarcocolla libram dimidiā, scrapini armoniaci, galbani, picis, masticis, thuris masculi, terbentinæ, boli armeniaci, sanguinis draconis, olei rosarum, cerae, omnium ana uncias quatuor. Liquefactis singulis, buliant & fact optimū unguentum. Quo utere ut supra sufficienter dictum est. Præualct enim omnibus cæteris quibuslibet ungueticē & emplastris ut tu quoque protestaberis, si probaret tentauaris.

### Cestuum.

**M**edicamen ualens ad neruos, spasmatos, contractos. In hac & gritudine enim plerunque spasmatuntur nerui, & contrahuntur chordæ. Quare huic accidēti ita subuenis. Recipe adipis gallinæ, anseris, medullarum uituli, bouis, cervi, ursi, uulpis, cum illorum auxungis, ana unciam dimidiā, armoniaci, bdelliij, galbani storacis liquidæ ana drachmas sex olei de lilio drachmas duas, acetij paululum, fiat cerotum cum mucilagine seminis lini, foenugracci, & cerae quantum sufficit.

## Nonum remedium.

**E**PATIS regio epitimetur cum hoc epitimate: quod recipit sandalia albi & rubei spodi ana drachmas duas, absinthij drachmā unam, terantur & fiat scutū cum cera. Similiter & occipicio superponendus est sacculus iste. Recipe anthos, maioranæ floris sticados arabici, ana unciam semis. Hęc etiam fiant cæteris membris si timetur ex eis influxus adulceria. Quia illis affluentibus difficillime curabitur ulcus.

Decimum quod remouet maculas &  
reliquias remansas.

**R**Ecipe cerus & lotæ amidi, farinæ fabarum; cicero-  
rum, fascelorū, dragaganti: his omnibus pulueri-  
bus fiat unguentū cum lacte muliebris & ungātur uesti-  
gia & maculæ, & cito abibunt.

## Vndecimum remedium.

**S**Ecretum charissimū adulceria uirgæ cum amplius nulla spes est, cum quo ego sapius famam, & pecu-  
niā impetraui. Quod sic fit Recipe pulucrum barba-  
syluanæ unciam unam, myrrhæ thuris ana dra-  
chmas duas, ossis sepiæ drachmam unam  
aspergatur cum eo ulcus &c.

Conclusio

conclusio.

**H**Abes iam ea quæ iam dudum promisi amicis & fautoribus quibusdam optimis quæ si ad te peruerenerint, bona mente suscipias rogo. Neq; etiam uilipendere uelishunc libellum, rudi stilo, & minus quā eleganter exaratū. Ego em̄ quāuis amator elegantiarū, nō curo linguæ ornamen ta, quia homines non curant ab illis, ut testatur Cornelius Celsus medicorū exornatissimus cum dicit: Morbi non elegantia, sed remedis curantur. Quia propter fructum proflore capere uelis obsecro. Si uero id opusculum (quod uix aberit) manus osorū inibit, defendet me Valerij Maximij dictum cum scripsit hæc uerba: Nō est tanta felicitas quæ malignitatis dentes uitari possit. Non em̄ alterius opinione id perfeci, quā ut amicis placet, & cunctis hoc morbolaborantibus, grata comoda publicarem. Ut iliora quippe illa dicta agrotantibus, quā si scripsisse raptum Ganimedis, & colloquia ipsius cum Ioue: aut Aesculapij & Herculis litigium &c. Sit ergo finis opusculo: Deo uero semper glorioso & benedicto laus & uictoria in æuum. Amen.

Finis epitomes de ulceribus  
Laurentij Phrisii.

## LECTORI S.

Ne subsequentes inutiliter uacarent charte, adiucimus quoq; ist: s pl. et ma-  
cis antidota, quibus curantur qui malam potionem (unde graues saepe orien-  
tur infirmitates) sumperint, ex Scribonio Largo, qui inter medicos uectores  
non minimum locum possidet.

## Ad cicutam.



Iicutam ergo potam, caligo, mētisq; aliena-  
tio, & artuum gelatio insequit, ultimoq;  
præfocantur qui eam sumperunt, nihilq;  
sentiuunt. Adiuuari autē debent in initis ui-  
no mero subindequā plurimō caldo, & per se, & cum pi-  
pere, & cū styrace poto. Atqui maxime prodest lac asini  
nū datū: si minus, uaccinū, aut quodlibet. Oportet autē  
& aluū acri clustere ducere eorū & supuenti ē iū pone-  
refarinā extra ordeaceā, uel triticā coctā ex uino caldā.

## Ad Opium.



Piūm potum, quod quidam meconīū uo-  
cant, ab odoris grauitate intelligit papaue-  
ris em̄ uiridis, cuius succus est, qualitatē re-  
præsentat. Facit autē capitū grauitatē, ge-  
lationē & liuorem artuum, sudoresq; frigidē manare.  
Prætereā spirationē impedit, mētē soporat. sensusq; ab  
alienat. Adiuuari porrō debet qui biberūt, aqua cū oleo  
in uinū admīxtis, sēpius datis, & frequenter reiectis per  
piūnā aut lorum uomitorīū. Prodest & uini cyathus,  
& passi & olei cyathus eadē ratione datus. Item u. nū &  
acetum pari mēsura datū ex aqua mulsa cu m rofa eius

men

mensuræ, ita ut ista subinde cogant reijcere. Præterea caput rosa & aceto sine intermissione curet, corūq; pedes assidue fricent manib; siccis, aut linteo a' pero in uolutis. Prodest & sinapi e' aceto tritū circundatū pedibus cruribusq; & à somni tépore phiberene obsopiant.

*Ad Altercum.*

**A**ltercum, quod Græci οστρακον uocant, q; biberunt, caput graue ueniscq; distentū habent, mente abalienabunt cum quadā uerbō alercatione, inde em hoc nomē herba trahit altercū: postea sopiunt, & om̄i sensu carent, liuescētibus membris eorū. Adiuuant autem lacte poto asinino quā plurimo, uel quodlibet alio recēti per se, uel decocto. Sed i' prius aqua multa sāpius pota cogant pinnam reijcere. Opiolæsi similiter curentur.

*Ad Gypsum.*

**G**ypso poto stomachus uenterq; dolore ua stourgetur, frigidus sudor subsequit, oculi sanguienti conspiciunt, urina alba reddit, cōcrescit in aliqua parte uētris qd' potū est, & tactu quasi sanum percipit. Adiuuari autē debet q his malis uexant, lxiuio è sarmenorū cīncre facto qpluri mo poto. Itē aqua thymū, aut origanū decoctū habēte.

*Ad Spicam argenti.*

**S**puma argenti pota, quā Græci λιθαγγυρού di cunt, uētris infert grauitatē, inflammationē, postea

postea dolorem cū urinæ diffīcili exitu, pcedente tem-  
pore, coloris quidē quasi pluri bei sunt, præcipue hæc de-  
formitas circa faciē deprehendit. Supputant autē pluri-  
mæ partes eorū. Adiuuant sc̄cundum refectionē aqua  
mulsa, acriq; curatione, pipere, myrrha, apij semine,  
pondere pari in unū mixtis, ex eoq; medicamento den-  
pō, unius dare cum uini cyathis erbus quattuor uē coti-  
die potis.

*Ad ce: lissam.*



Eruſſa, quā Græct Ἀλικάρναſſον uocant, qui bi-  
berunt faciē deprehendunt, linguam em̄ al-  
bam habent, cōmissurasq; dentiū albifican-  
tes. Prætereā nauseant, reiçiunt poto medi-  
camento, caligant, magis magisq; uertigine quadā ur-  
genſt. Postea ſpiritus uia intercludit, & præfocant. Adiu-  
uantur autē post uomitū ab oleo, uel ab aqua mulſa, cre-  
more ptisanæ caldo largiore accepto, sed bene uncto.  
Item lacte cū melle poto. Facit & r̄naluа discocta, conci-  
fa, ſale & oleo pipereq; condita, & pro ſotbitione data  
per ſe, uel cum urtica, herbaq; mercuriali. Prolunt &  
nucleorū pſicorum interiora exuino trita atq; pota q;  
plurima. Item lixiuia calda excinere farmentorū facta.

*Ad coriandrum.*



Oriādrum datum apparet quidē ab odore  
ſpirationis totiusq; corporis. Redolet cīm  
& hoc herbam ut infectū. Intelligit autē ex  
gusto. Facit porrò raucitatē, & menēmo-  
uet.

uet. Adiuuari aut̄ debent qui biberūt ex uino mero atq; plurimo, uel aqua marina, uel muria dura pota. Item ouis anserinis sorbilibus plurimis salis habentibus, uel iure gallinaceo, agnino ue quā pinguissimo, & saltissimo per se poto.

*Ad leporem marinum.*

**T**eroris marini gustus nō absimilis illotis piscibus, aut etiā potentibus, qui sumperunt autē stomacho uesicaq; adficiuntur, ita uturinam quidem difficulter, & cum dolore, purpureisq; coloris reddant. Stomacho item tēto & dolenti sunt, auersosq; ab omni esca, præcipue pīsce. Nauseāt præterea & subinde reñciunt spumosa, interdum biliosa aut sanguienta, & maximē cū simulauit, aut nominauit aliquis pīscē. In somnis littoris pulsū fluctus uidentur subinde audire. Oculi eorum exulcerantur, genae inflantur. Coloris malii, & ueluti plumbhei fiunt, minutatimq; per tabem qua si phthisici consumūtur. Adiuuari aut̄ debent hoc malo circumuenti lacte muliebri, uel equino, uel uaccino, aut asinino quam plurimocotidie per se, aut cum melle sum pro. Prodest & malux̄ sorbitio bene uncta & salsa. Itē prosunt malorum punicorum grana assidue data. Bene facit & pīcedria, si quis inde bīna, ternā ue cochlearia eius sumperit pī se, uel expassicyathis duobus tribus ue. Item beneficiū iuniperi tritæ quā plurimocum passo, aut per se data.

*Ad Salamandrum.*



Alamandra quibus data est, lingua exasperatur, corpus inualidum fit: præter hoc torpet rigoribus quibusdam, & liuoribus quasi maculis variatur. Adiuuari autem debet quibus impacta est melle quamplurimo per se, uel cum resina ex pinu, cuius etiam tenera folia cum herba, quam Græci *χτυπιτίου* appellat, decocta ex aqua mulsa proflunt. Item lini seminis farinam ex aqua mulsa sumpta quamplurimum bene adiuuat.

*Ad Aconitum.*



Conitigustus est austus atque subamarus. Potum autem protinus facit corpus graue & displicens. Mordet autem stomachum, & coradfecit, itaque sudor euestigio insequit, multus & frigidus, maximè circa oculos & frotet appetit. Inflantur intestina, & uenti plurimum emittunt, qui biberunt, capitiscque dolorem habent cum uertigine quodam assidue quidem, sed præcipue cum se electulo leuare conantur. Proprium est autem huius malorum medicamenti protinus liuidos articulos & artus facere. Sed adiuuant facile qui id sumpserunt, tuta quamplurima pota cum uino, ite iure gallinæ pinguis uel bubulæ. Prodest & his uini chiamæ pythyn decoctam in se habens, item acetum melle mixtum in quo fetri sterlus, quod σκωρίη Græci uocat, ustum, prius infervescat sappius, & ita detur. Item profu-

proficit ab rotori pondo sextans ex uino datum, & organi pondo sextans eodem modo datum. Præcipue autem adiuuabit, si quis coagulum leporis, hinuli, & porci in unum miscuerit, & dederit ex uini hemina aut caythis tribus den. pon. unius uel uictoriati pondus.

*Ad Cantaridas.*

Antarides gustum & odorem similem pici è cedro factæ habent. Potæ stomachi dolorem, morsusque excitant, præcipue uesicæ. Quamobrem quibiberunt eas, diffusculter urinam & cum sanguine reddunt, exulcerata scilicet uesica. Præterà animo subinde linquuntur deficiuntur. Adiuuanur autem cū sapienti reiecerunt, passo cum oleo poto uel omni lacte, sed debent plurimum eius sumere. Item profundit eis nuclei pini pro se sumpti, uel ex aqua mulsa aut ex passo triti & dati. Item cucumeris semen purgatum. & linis semen ex passo datum. Adiuuat bene & iuspingle agninium, uel ex bubula factum, & farina triticea pulvis more cocta, plurimū anserini adipis babente. Prodest & famiæ creta den. pō. quanto cum passi cyathis quatuor mixtis aqua datū. Item oleū irinum ex ruta tritum & potum.

*Ad Buprestim.*



Vprestis gustus est nitri similis, facit autem tumorem, stomachiq; infinitum dolore, & inflat totum corpus inspecie hydropici. Adiuuantur aqua ficus arida decoctae & ipsa ficu plurimum sumpta. Item passo plurimum & lacte muliebri, & iure suillo pingui accepto, & uitri den. pō. quatuor cum aquæ hemina dato, & carnis quæ suprà ad cantaridas scripta sunt.

*Ad Dorycnion.*



Orycnion gustum quidā habet lactis, potum uero singultus crebros facit, & uomitus frequenter concitat. Reiciunt autē ab stomacho ramenta, quæ etiā similiima terminosis, subindéque animo deficiunt. Adiuuari autem debent læsi eo, lacte asinino, equino, bubulo, conchilijs omnibus crudis atq; decoctis.

*Ad Ixiam.*



Xia, quam quidam chamæleonta uocant, odorem habet, cum sumitur. ocyni potauit, linguæ tumorem facit. Mente abalient uentreç, & omnes naturales exitus supermit. Adiuuantur autem læsi ab ea absinthio potocū uino. Item castorei den. pō. ij, dato ex uino cyathis quatuor, & rutæ frutibus quinq; uel sex. Facit bene, & chamælea den. pon. triū ex uini cyathis tribus aqua mixtis,

ncc

nec minus radix la seris ex uino data. Trago riganū eodem modo datum.

## Ad Ephemeron.

**E**phemeron potum protinus quidem totū os prurire facit uelut scylla tactum, postea etiā adurit quasi pipere manducato, secundum hanc quoq; stomachū mordendo exulcerat: atq; qui id biberint, primū ab ore sanguinem expuunt, deinde ex stomacho crux rei ciunt: postea per sellas, & iam abundantius eundē deficiunt. Adiuuabunt autem læsi ab eopolygoni succo quā plurimoper se poto, uel arido trito pondo libræ, dato cum aqua. Præmaceretur autem mala cydonia, aut uitis capreoli, aut myrti baccæ, aut eiusdem folia.

## Ad Toxicum.

V.

**T**oxicum cuius sit gustus haud facile quiuis dixerit. Verūcum potū est, cuestigio ciet dolorem omniū interaneorū infinitum, & uelut telo trajectorū, concitatq; mentis furorem, cogitatq; exululare, & palpitare lingua similiter decollatorū capitibus: nihil em̄ potest intelligi ex uoce eorū. Adiuuantur autem qui id biberunt rosa pota, aut oleo iirino, coactiq; frequentius reiçere. Item alio acri clysmo saepius ducta postea passo, lacoste, & antidoto mi thridatio.

*Ad Pharicum.*

**P**haricum & ipsum dicitur ex pluribus componi, gustumque habere nardi. Potum autem facit spalmon, citò exanimat. Adiuuant uerò laxebeo laiunca, id est, nardo sylvestri quā plurima ex uino nosapius data. Item olusatris radice aut semine ex uino dato. Benefacit & hoc medicamentū galbani puri den. pon. duūm, myrrhæ den. pon. unius cum passi cyathis quatuor datum den. pon. unius, & hoc etiam ad omne medicamentum facit.

*Ad Taurisanguinem.*

**T**aurisanguinis potum, quamuis quis difficile catlaucrit, hunc tamē uestigia cruoris relictā inter dentium cōmissuras produnt. Nauseant autē & præfocantur qui biberunt, cū gelatur. Sed adiuuantur aceto calido sapientis poto & injecto per se, uel cū nitro laferisue radice.

*Ad Lac potum.*

**L**ac potum & gelatū ad ore spirationis (si non confitebit qui laborat) cognoscet; præfocantur autē & hoc homines. Adiuuari autem debet qui ab ea laborat, menta cōplurima sapientis sumpta. Item coagulo agnino, & porcino, uictoriati pōdere ex aqua bis teruē dato. Prodest & laferis radix cum posca, & alius acri clysmo ducta.

ad

## Ad Fungos.

**V**ngis uenena tis cū quis laborat, prīmū nau  
seat, nec quicquā magnopere reiçit: postea  
stomachum uentrisq; & præcordiorū infini  
tos habent dolores, manāt sudores frigidi per artus, qui  
& ipsi glulantur celerrime, nisi citò succurrat. Adiuuat  
autē radicē ea quā nos edimus, acti quāplurima per se,  
uel cum sale manducata, eiusq; semine si ipsa nō fuerit,  
poto ex uino. Item ruta ex aceto trita & pota proficit.  
Nec minus lixiuia cineris ex farmētis pota. Adiuuat &  
nītē aceto dilutum & datum, eodemq; modo æris  
flos datus, & mel cum dilutum quāplurimum deuora  
tum. Oportet autem & oleo antē multo poto cogere  
eos reiçere quātumcunq; potuerint, & eodē caldosub  
inde artus per unctos expressius fricare.

## Ad Irudinem.

**I**RUDINĒ, quā quidā sanguisugā uocant, deuo  
ratā, & adhærentē fauibus, eoq; ipso mole  
stiam, titillationēq; quandā præstantē, excu  
tere oportebit aceto q̄plurimo p se, uel cū sale aut ni  
tro aut lasere. Idē faciūt & niuis glebulæ quamplurimū  
deuoratæ.

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS  
PETRVS, MENSE AVGVSTO,

ANNO M. D. XXXII.



UMSF



